

Fermissime tene et nullatenus dubites
neque angelos neque quamlibet aliam cre-
aturam eiusdem nature esse et cuius est
secundum naturalem diuinitatem suam summa
trinitas qui est vnus naturaliter deus pater
et filius et spiritus sanctus. Neque enim vni
nature esse poterant ille qui fecit et ea que fecit

Fermissime tene et nullatenus dubites
omnem creaturam naturaliter mutabi-
lem et a deo incommutabilem factam nec
eam tamen posse iam quamlibet angelorum
sanctorum in deterius commutari et quia sic acce-
perunt eternam beatitudinem qua a deo stabi-
liter perficiuntur ut ea carere non possint sed
hoc ipsum quo ab illo statu beatitudinis in que
immutari in deterius nullatenus possunt non
eis naturaliter inhitum sed postquam creati sunt
gracie diuine largitate collatum. Si enim an-
geli naturaliter incommutabiles fierent. Rursum
de eorum consilio dyabolus et eius angeli cecidissent

Fermissime tene et nullatenus dubites
in omni creatura quam spiritalem atque

corpoream summa trinitas fecit. solos spiritus angelicos et humanos intelligendi facultatem diuinitus accepisse. Ceteros vero spiritus brutorum animalium rationalem intelligentiam non accepisse et hanc omnino habere non posse. Propter quod dicitur hominibus. nolite fieri sicut equus et mulus quibus non est intellectus. Et ideo animas hominum. et animas pecorum. vnius nature non esse. nec animas pecorum in homines. nec animas hominum in pecora posse aliquando transire.

Hermissime tene et nullatenus dubites primos homines. id est adam et mulierem eius. bonos. rectos et sine peccato creatos cum libero arbitrio. quo possent si vellent propria voluntate peccare eosque non necessitate sed propria voluntate peccasse. Illoque peccato sic in deterius mutatam humanam naturam ut non solum in ipsis primis hominibus per peccatum mors obtineret regnum. sed etiam in omnes homines transiret peccati mortisque dominium.

Hermissime tene et nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum vici et mulieris concipitur cum

originali peccato nasci
et obiectum. et ob
De qua dicit au
natur filii ire sua
liberatur nisi per
plurimum hominis ih
sine peccato
peccatum pro
factus est pro p
et tunc testament
que pro peccatis
originali fuit significat
qui dei qui tollit pec

Hermissime tene et
non solum homines i
nam etiam paruul
naturam vivere incipiunt
in matris utriusque
plurimum quod datur in
obsequio sancti. De ho
semper in sup
peccatum proprie
originali tamen
originali peccato et nat